



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Antonius Zara Ep. Petinens. n. 53

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

- Societas virtutū, ac scientiarū Emporium. Ars firmissima Religionis.* 53. AB ANTONIO ZARA Episcopo Petinensē, qui sic in nostræ Religionis laudem erumpit, in *Anothom. ingenior. sess. 1. cap. unico.* Quid de IESV Societate dicam? De illo scientiarum, ac virtutum omnium Emporio? de illa Religionis Arce firmissima? Ad cuius viros cum oculorum aciem conuerto, veram mihi Idæam priscorum illorum, ac Sanctorum Patrum simillimam videor intueri. Hi enim nullum pro fide orthodoxa laborem renuunt, nullas necces, atque clades reformidant: sed semper in campo, semper in Sole fidei versantur, vt armata religio veritate, armatam falsitate vincat, & iugulet impietatem. Sic apud Paul. Leonard. *Apol. pro scient. Med. Par. 2. num. 84.*
- Eius filij Idæa Sanctorum Patrum simillima.* 54. A MELCHIORE MOSCOSO Episcopo Segouienſi in clyta (inquit) Societas, quæ Sapientiæ solem, ceu Aquila ita sustinet, vt inatorum suorum generositatem de pupillarum audacia iudicet. Ita ille in *Censur. Tom. 1. in Epist. Paul. P. Ant. Velazquez.*
- Est aureus Annulus, cuius Gemma Iosephus Ansbicta.* 55. A PETRO LEITANO primo Brasiliensis Ecclesie Episcopo: is eorum fama motus, & experientia, quæ præclara per Socios, & admiranda faciebat Deus, dicere aliquando auditus est, Societatem in Brasilia aureum esse Annulum, eius Gemmam esse Iosephum Anchietam: illum, qui toto iam Orbe notissimus, patris ubique prodigijs, Brasiliæ iam tunc Apostolus vocabatur. Ita in *Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 5. fol. 622.*
- Mitras, purpuras, sceptras, & Imperia superat.* 56. A NEOPOLITANO Episcopo, qui Insularum, dum vixit, quam Societatis amantior. O Sancta (inquit moriens) Societas, quam antea neque satis cognoui, neque merui? Tu superas, & præcedis Peda Pastoralia, Mitras, Purpuras, Cardinalitias, Sceptras, Imperia, & Coronas. Quem sensum morientis Episcopi sicut exaggerare non audeo, sic non debeo eleuare. Ita *Ibid. lib. 5. cap. 10. fol. 667.*